

H  
 huius capituli addidit principio in uerbis mendaci. quae uobis  
 omnino non proderunt. in brauco non habetur. praecipit autem et  
 tunc populo iudaeorum. et hodie nobis qui uidemur in ecclesia con-  
 facti. nefiduciam habeamus in aedificiorum splendore. auratis  
 que laquearibus. et uestas parietibus marmorum crustis. et dica-  
 mus. templum domini. templum domini. templum domini est. illud enim  
 templum domini est. in quo habitat uera fides. sancta conuersatio. omniumque  
 uirtutum chorus. denique inserit. si rectas feceris uias uirum. et co-  
 gitatio uestra non abierit post errorem. et secuta fuerit iustitiam.  
 et malum non effecerit. neque effuderis sanguinem innocentem  
 simplices quosque scandali hantes. et post deos alienos nonambu-  
 laueris. peruersa adorantes dogmata. quae de uero corde simulas-  
 tis in malum uobis in ipsis. uel habitabo uobis cum in loco isto que  
 uocatis templum dei. et in terra quam dedi patribus uestris. a pos-  
 tolis uidelicet. et apostolicis uiris. uel certe firma statione. habitare  
 uos faciam a principio usque ad finem. Potest hoc et illis uir-  
 ginibus conuenire quae iactant pudicitiam. et in pudenti uultu  
 praeferrunt castitatem. cum aliud habeant conscientia. et inescunt  
 illam definitionem apostoli uirginalem. ut sit sancta corpore  
 et spiritu. quidem prodest corporis pudicitia. animo consti-  
 prato. si ceteras uirtutes quas propheticus sermo descripsit  
 non habuerit. Ecce uos confiditis uobis in sermionibus menda-  
 ci. uel mendacibus qui non proderunt uobis. furas occidere.  
 adulterare. iurare mendaciter. libare balaam. et uere post